

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



**D**um apud doctissimos et prestantissimos vi-  
ros q̄ verā naturā et historiaz tradiderūt de mūdi fabrica: ac prima ho-  
minū generatione: duplex opinio fert̄: a p̄scais enim illis t̄pib⁹ sumpto  
initio: scribem⁹ breuissime q̄ntū in tā remotis (p̄pter antiq̄tatē) reb⁹ lice-  
bit. Quidā mūdū ingenitū: et incorruptibile: et genus humanum ab  
eterno extisse neq; habuisse ortus principiū sensere. Quidam genitum  
corruptibilem q; arbitrati: et homines dixerūt generatōnis incium tem-  
pore esse sortitos. Et greci viri clarissimi qui historias collegerūt: affir-  
marūt. Quā ante incium omnū celi et terre cūctis simul cōfusa formā fu-  
isse: postea disseparatis: diuisisq; molibus cepisse mūdū hunc ordinē  
quem videmus. Aerem hūc motu p̄tinuum et igneam p̄tem cuius supe-  
riora loca p̄pter leuitatē aūt appetiuisse: Quā ex causā solem ac stellarū  
multitudine volūtōne totius circūferūt: Partem autē turbidam atq; ter-  
restrem vnacum humidis ad infima loca ob grauitates descendisse que

cum mixta essent. ex humidis quidē mare effectū. Ex durioribus vero terram lutosam euasisse: et omnino  
mollem. hec primum cum solis ardore densior euasisset: in quibus putredines tenui cōtecte pellicula sint  
excitate. Erupisse tandem ab illa colluue varias animantiū formas quorum ea quo maiorem calores sor-  
tita sunt in superiorē regionem volatilia abierūt: sicciora et grauiora: serpētia ac terrestria euaserunt ani-  
mantia. Naturam aquosam nacta in sui generis elementum delata sunt. Terra deinceps tum solis ardore  
tum ventis arefacta: mutua p̄mixtione sexuū p̄fectiora generant. Hoc Euripides Tragicus Anaxagore  
physici discipulus ita se habuisse testatur. Eodem modo homines a principio genitos dicunt. In agris  
pastum querentes. siluestri et incondita vita vixisse quibus herbe et arborū fructus vltro victum p̄bue-  
runt. In huius deniq; enarratōne cum per multos elaborasse latinos grecosq; videmus: p̄terea chalde-  
os et hebreos veteres nouosq;. Relictis igitur antiquis erroribus Archana Moyses volumina de mun-  
di fabrica: et celebratis illis operibus sex dierum plustrabimus. Quibus totius nature secreta cōtinent.  
Nam moyses p̄pheta ac historicorum pater deo plenus: ac celesti dictante spiritu totius magistro verita-  
tis: excepit hec oīa. Quem cum nostrorum: tum suorum: tum gentium deniq; testimonia p̄orsus huma-  
ne sapientie: doctrinarumq; omnium et litterarum cōsultissimum prodiderunt. Apud hebreos Salomo-  
nis liber: cui sapia titulus: in quo vir nature rerū interpres se illiusmodi disciplinā de mosayce legis p̄-  
netralibus accepisse fatef. Sunt apud nostros Lucas et philon auctores grauissimi: illū in vniuersa egypto-  
riorum doctrina fuisse eruditissimū. Sed et hermippus attestat Pythagoram de mosayca lege plurima  
in suā philosophiā transtulisse. Notū illud Numenij philosophi: nō aliud esse platonē q; atticū moysē.  
In primordio deniq; sui operis de natura: de totius opificio mūdi velut agri cuiuspiam thesauri: omnis  
vere philosophie defossi sunt. Factūq; in primis hoc in hac parte: vbi de rerū omnium emanatōe a deo de  
gradu: de numero: de ordine partium mundanarū altissime philosophat. Propterea fuit decretum vetē-  
rum hebreorū. Cuius etiā meminit Hieronymus: ne hanc mūdi creatōez quisq; nisi matura iam etate at-  
tingeret. Que aut sup hoc libro viri sanctissimi Ambrosius et Augustinus. Strab. item et Beda et Remi-  
gius. Et ex iunioribus Egidius et Albertus. Que item apud grecos Philon. Origenes. Basilus. the-  
odorie. Appollinarius. Hydinus. Benadius. Crisostomus et c. scripserunt intacta penitus a nobis re-  
linquent. De his item que vel Jonethes vel Anhelos vel Symeon antiquus chaldaice tradidit  
ex hebreis aut veteres Eleazarus. Aba iohannes. Neomius. Isaac. Joseph: aut iuniores Ben-  
Sadias. Abraam et c. p̄scripserunt: nullam nos in p̄sentia mentōnem habebimus. Afferemusq;  
epitomatis. Ex moysē seriem sex dierum: de diuina mundi fabrica: de qua in archanis sancte reli-  
teris traditur.

Exorsus igitur deus fabricam mundi illum primū et maximū filium p̄fecit operi immenso. Et  
et cōsiliatore vsus est et artifice: in excogitandis: ornandis: faciendisq; rebus: qm̄ is prudentia et  
potestate perfectus est. Nec querendū ex quibus ista tam magna: tam mirifica opa deus fecerit.  
fecit ex nihilo. Quanto igitur rectius est omissis insensibilibus et vanis: oculos eo tēdere vbi se  
habitatio est dei veri: qui terram stabili firmitate suspendit: qui celum distinxit astris fulgentibus  
rebus humanis clarissimū ac singulare lumen in argumentum sue ac vnice maiestatis accēdit. In  
tem maria circumfudit: flumina sempiterno lapsu fluere p̄cepit: iussit et extendi campos: sub si-  
les: fronde tegi siluas: lapidosos surgere montes: que vtiq; omnia nō iupiter fecit: sed ille opif-  
di melioris origo: qui vocat̄ deus: cuius p̄ncipiū qm̄ nō potest comprehendere nec q̄ri debet. Sa-  
mini ad perfectam prudentiam: si deum esse intelligat: vt suscipiet et honorificet communem pa-  
neris humani: et rerum mirabilium fabricatorem. Tres mundos figurat antiquitas: supremum  
vltro mundanum: quem theologi angelicum: philosophi autem intellectualem vocant. Proximū  
celestem: postremum omnium sublunarem: hūc quem incolimus: hic tenebrarum mundus: ille autē  
lum ex luce et tenebris temperat. Est et p̄ter tres quartus alius mundus: in quo et ea omnia in  
que sunt in reliquis: hic ipse est homo. Tritum in scolis verbum est esse hominem minorem mu-  
quo mixtum ex elementis corpus: et celestis spūs: et plantarū anima vegetalis: et brutorū sensus:  
angelica mens: et dei similitudo conspicit. De his quatuor mundis moyses sufficienter disseruit  
p̄fex disposuit: vt vere scriptura hec Moyses imago mundi expressa sit: quemadmodum legit̄  
receptum in monte: vbi hec didicit: vt oīa faceret fm̄ exemplar quod in monte viderat. Qui  
saica littera de celebratis operibus sex dierū edocet: cursim absoluemus.

